

JO. ALPH. BORELLI

De

RENUM  
USU

Judicium.

**C**ertum est sangvinem è fini-  
stro cordis ventriculo tanto cum  
impetu per universi corporis arte-  
rias effundi, ut usque ad minima, & te-  
nuissima capillarium arteriolarum oscula  
perveniat. Per truncum ergo descenden-  
tis arteriæ fluens sangvis, in Emulgentem  
(*fig. 1. A.A.*) irrumpit, ex quâ Renes pene-  
trans usque ad ipsorum superficiem per  
subtilissimas arteriolas (*fig. 8. D.*) progre-  
ditur. Hic verò cum illarum oscula pa-  
teant, nec mutuâ cum venis Anastomosi  
conjugantur (injecti enim per emul-  
gentia vasa liquores à capillaribus osculis  
exsudare in superficie Renis videntur (*fig.*  
*4. CCC.*) amotâ propriâ tunicâ ) sangvi-  
nem

B 5

nem